

CHRISTOPHERVS VVEITMOSERVS DOMINVS IN
Vuinckel.



Christerus natus est ex nobili Vveitmose-
rorum familia, circa oppidū alpestre Gastein
ditionis Salisburgensis, anno circiter 1507. Is cum
felici ingenio esset præditus, à pueris operam lite-
ris dedit, & prima rudimenta in patria facilè perce-
pit. Postea sese hinc inde ad exterarum nationes con-
tulit, atq; in academijs præclaram artium & lingua-
rum cognitionem sibi acquisiuit. Inde in patriam
rediit, & Evangelicam doctrinam profitendo, pie-
tate & prudentia multos alios nobilium superauit.
In primis uerò in auri & argētifodinis metallicam
artem exercuit, & rara fortuna ornatus studia lite-
rarum, atq; omnis generis uirtutes quantū potuit

promouit, ut meritò hoc loco inter illustres Germaniæ Heroas recensatur.
Cum hoc modo magna laude pergeret, et cunctis bonis gratissimus esset, tan-
dem anno 1557 obiit, atq; magno omnium luctu in patria honestè sepultus fuit.

Reliquit is filios Ioannem, Christopherum, & Esaiam, patri quàm simi-
limos, qui hodie ob singulares animi & corporis dotes omnibus
bonis innotescunt. Anon.